

Pierij Val. Cinclus.

alterum à ruboris indicio, quod ex Græca dictione colligitur.

D

DE CINCLŌ

PAUPERRIMVS.



Nueniebam extremæ paupertatis hominem per Cinclum auem pictam significari. Causam Ælianus affatim explicauit, qui Cinclū auem esse dicit imbecillam, inualidamq; adeò, vt nidum sibi ipsa parare non possit, alienisque ideo nidis ouifœtare. Est & apud Sudam aliqua de Cinclō mentio, cui nomē à caudæ motatione sit *σπορυγιδι* ea nimirū lynx est, de qua nunc agebamus. Hanc sanè vulgus plerisque locis, Græcum vocabulum exprimendo, Codaquassulam dicit. Interpretes Theocriti hoc ipsum agnoscūt, & *κνκλίσεν* lumbos motare dicunt, quod Latini fluctuante lumbo reddidere.

CINGANI.

CVM itaq; Cinclus inops adeò sit, neque certo vsquā lare vtatur, nonnulli Cerrones illos qui nunc totum terrarū orbem mēdicabundi cū chiromāticis vxoribus & liberis peragrant, nusquam certas domos habentes, quos vulgo B Cinganos vocamus, Cinclos ab auis huius similitudine appellatos arbitrantur.

ADVENA.

Q Vanquā in vniuersum omne genus auiū apud aruspices pro peregrinis, aduenis & cōuenis accipitur, vt ostenti eius declaratione patuit quod Alexandro oblatum est, dum condendæ vrbis Alexandrinæ in Ægypto modulum ab architectis deposcebat, forteque euenisset vt neque gypsus, neque alba terra vspiā inueniretur, quo situm & magnitudinem cupido Regi describerēt, architecti ad farine opem se contulerunt, eaque disseminata quaqua vrbis moenia ducenda erant, accidit vt aues ad eā depascendā audiuissint aduolarent, quo quidē ostento territus est Alexāder: sed aruspices respondere, prospera vrbi ex hoc portendi, quòd futura esset omnium & nutrix & alumna, soli que vbertatē esset alienis quoque gentibus largissimè communicatura.

PIERIVS VALERIANVS AD MAGNIFI-

CVM PETRVM MELINVN ROM. SENATVS CANCEL-
larium, de iis quæ per apem, & id genus
cætera significantur, ex sacris

F

Ægyptiorum literis.



Volatilium significaciones, quas in aliquot digessimus commentaria, legisse te scribis, Petre Meline Romanorū ingeniorū præsens decus & ornamentū in quibus & Apem habere voluisses, quæ, quòd mellifica est, ad domus tuæ gentile nomen cognationem quandam habere videatur. Proinde si quam, vt superioriano fecisti, ædium tuarum partem picturis ornare pares, habiturum te speras tui generis argumentum, quo literatorum oculos possis non inaniter oblectare. Feci non inuitus, quod tibi fore gratum intellexeram. Sed quod à melle te maiorum tuorum nuncupatione vocari putas, dixerim ego te id nominis à morum potius tuorum suauitate coparasse, siue id summa humanitas meretur tua, siue affabilitas iucundissima, cuius lepore omnes ad te trabis tibiq; deuincis, vt de te vere dici possit, fauū mellis in ore tuo sedē posuisse: siue perelegās ille scribendi tenor tuus, ubi soluta oratione aut carmen facis, amantissima quada dulcedine legentē afficiunt, euenit vt vnde-cuq; merū mel et sis, & habearis. Ac plenus rimarum sum, neq; me cohibere possum quin epigram